Ipm solum relinquentes oms ab eo fugierunt
Discipuli oms qui se velle mori cu ipo dixerunt
Filius autem tuus solus ad iudices est productus
Et multis contumeliis verbis et verberibus est afflictus
De platea in plateam a domo in domu ipm trahebant
Alaparum et colapharum et sputorum mensuram no tenebant
O quanta et qualem tristitiam pya cordis tui habuisti
Quando tibi tanta et talia de eo nunciare audisti
Puto quod nulla mens ipam possit excogitare
Nec aliqua lingwa ad plenu sufficiat enarrare
Hanc tristitiam mater dilectissima corde tene
Ora dilectu filiu tuu dnm ihm xpm pro me
Quatenus propter caritatem suam et lamenta tuorum dolorum
Ut me absolvat ab omnibus vinculis delictorum meorum
Quod nobis omnibus prestare dignetur dns ihs xps
Qui cu patre et spu sancto est in perpetuu benedictus Amen

Quinta tristicia bte virginis marie Require capitulo

Ave maria mater xpi pya celestis imperatrix
Tu es virgo dia tristium in hac vita clemens consolatrix
Quintam tristiciam mater dilectissima tu habuisti
Quando dilectu filiu tuu in cruce pendentem conspexisti
Quando ipm in tantis multiplicibus penis vidisti
Et tu nullum ei auxiliu vel solamen prestare valuisti
Tu videbas eu pendere nudum omnino sine velamine
Et no sinebaris nuditatem eius palliis contegere
Et tu audiebas eum sitim suam querulose vocitare
Et no sinebaris ei vel tam guttam propinare
Tu videbas capud eius instabiliter deorsum pendere
Et no sinebaris illud manibus tuis sublevare vel tenere
Tu audiebas maliciosos ipm subsanare
Et non valebas iniurias aliquatenus vindicare
Tu audiebas quod commendat patri suo spiritum
Et no sinebaris ei dare finalis amoris osculum
Nec sinebant impii quod tam prope ad eum accessisses